

XXXI.

NATURALES liberi dicuntur, qui ex concubina nati sunt: vide Alciat. lib. 4. Parerg. jur. c. 5. & Bald. in autb. licet. C. de nat. lib. ubi ille duo requirit, ut quis ex concubina natus esse verè dici possit. I. Matrimonii possibilitatem, id est, ut inter personas concubinatum colentes, de jure possibile fuerit, matrimonium contrahere; unde Clericorum filii (inquit Matthesyllan. de success. n. 14. 3. membr. primi art.) tales de jure non sunt. Imò ex damnato & nefario coitu progeniti videntur teste Imp. in l. sacris ordinibus 45. C. de Episc. & Cler. II. Ibidem Bald. requirit Concubina unitatem, si enim plures quis simul habuerit, statim planè damnatus est coitus, Novell. 18. cap. 5. Novell. 89. c. 12. §. 4. & 5. Ludov. à Sardis in tr. de Nat. lib. & success. eorū sex requisita ponit cum hisce ferè coincidentia in §. de concubin. in pr. quæque omnia evolvit definitio concubinæ ab Hott. data, sub consil. 84. nu. 18. Concubina (inquit) est, quæ soluta cum soluto, una cum uno concubinatus nomine commoratur. Adde Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 5. nu 5. Didac. Covarruv. secundæ part. in IV. Decretal. cap. 8. §. 4. n. 1. & 2.

XXXII.

Exigit quoque Matthesyllan. de success. 2. membr. primi art. nu. 3. ut concubina cum amasio suo, (verba sunt Matthesyll.) non seorsim habitayerit: alias, inquit, inde nati privilegium succedendi non habent. Deducit hoc ex c. 12. §. 4. Novell. 89. Idemq. gloss. not. in l. pen. ff. de concub. Specul. de success. ab intest. Bartol. vero in d. l. pen. putat, cohabitationem ideo requiri, quod inducat præsumptionem concubinatus. Ideoque putemus, si aliundè probari possit filios ex concubina natos esse, eos etiam succedere patri, quamvis mater eorum seorsim habitayerit. Quomodo concubina ab uxore differat Ulp. tradit in l. item legato §. 4. delegat. 3. ubi Bartol. & Borcholt de gradib. sub rubr. quid sit matrimon. Hottom. in Comment. verb. jur. in verb. concubina.

XXXIII.

Quibus sic stantibus, insuper sciendum non semper, nec

B. 3.

omni